



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 4. Leodiensibus cæsis oppidum S. Trunonis, Tungros, & Leodium urbes a
Burgundo ereptæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A.C. 1467.

§. IV.

Leodiensibus cæsis, Oppidum S. Trunonis, Tungros & Leodium urbes a Burgundo eruptæ.

Vix discesserant Legati, cum illico Bur-
gundiæ Dux S. Trunonis oppidum Commun. lib.
2. cap. 3.
tribus Leodiensium millibus munitum
cingit. Evidem ad primum obsidionis
rumorem in subsidium urbis accurrunt
triginta bellatorum millia: verum Bur-
gundus eisdem obyiam progressus, inito
prælio in primos ordines tanta cæde in-
vehitur, ut desideratis Leodiensium no-
vem millibus ceteri omnes in fugam a-
gerentur. Trunonenses comperta in-
genti suorum clade ditionem fecerunt,
ac decem cives Victoris arbitrio tradi-
derunt, quos tamen omnes Dux capi-
te plecti jussit; demum vero parta hac
victoria in Tungros sua arma convertit;
ast Cives confestim urbem dederunt, pa-
etis iisdem legibus, quæ paulo ante Tru-
nonensibus præscriptæ fuerant. Postea
Burgundus continuato victoriæ cursu
totam Leodiensium ditionem longe late-
que emensus est, necdum tamen Leo-
dium urbem obsidendi consilium cepe-
rat, eo quod hyemis asperitas jamjam im-
mineret; quocirca duntaxat exercitum
suum urbi admovebat, eo fine, ut Leo-

Q 5 dien-

Sæcul. XV. diensibus terrorem incuteret, atque ul.
A.C. 1467. troneam ab eis dditionem extorqueret.
Verum hi adeo ingenti metu perculsi,
prostratique erant, ut Dux urbem per
muri ruinam dedita opera factam impu-
ne ingrederetur, eique civitatis Primo-
res numero trecenti, solo indusio testi,
cetera pedibus & capite nudi urbis suæ
claves traderent, simulque se ad oinnes,
quascunque imponere vellet conditions
paratos offerrent, dummodo illos nec
incendio, nec urbis direptione multa-
ret. Nihilominus Dux viginti aut tri-
ginta ex civibus, quos gravior seditionis
culpa tenebat, capite plecti jussit, ever-
sisque turribus, atque urbis mœniis, Ma-
gistratus veteres, aliis subrogatis, exau-
ctoravit, ingentemque pecuniarum sum-
mam extorsit. Cuncta hæc Mense No-
vembri gesta fuere. Evidem Ludovi-
cus Galliarum Rex copias Leodiensibus,
ductore Chabanno, in auxilium misit,
verum illæ sero nimis advenerant. Ce-
terum poenæ severitas, qua Burgundus
nuper Leodienses affecerat, Gandaven-
ses ad officium revocavit; hi enim,
quamvis comperta Philippi Ducis morte
seditionem movissent, mox tamen omni-
bus suis vexillis Brugas missis sese novi
Ducis imperio subjecerunt.

§. V.